





27. 50. 16
SUMMO NUMINE ADJUVANTE!
DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS,
PROPONENS CASUM

DE 1716, 3
FEBRE CASTRENSI,

Oder
Polnischen und Ungarischen Kranckheit/

QVAM
RECTORE HUIUS ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,

SACRE CÆSARÆ ATQVE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO
INTIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESIA RUM, MOGUNTINÆ
ET TREVIRENSIS, CANONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE
SUPREMO CHORI-EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIIQVE
ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE,

AUCTORITATE ATQVE CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULT. MEDICÆ
IN PERANTIQUA ELECTORALI HIERANA,
SUB PRÆSIDIO

VIRI PRÆNOBILISSIMI, AMPLISSIMI ET EXPERIENTISSIMI,
DN. JOANNIS PHILIPPI EYSELII,
PHILOS. ET MED. DOCT.

ANATOM. CHIRURG. ET BOTAN. PROFESS. PUBL. CELEBERRIMI EJUSDEMQUE
FACULT. ASSESS. ORDINAR. ET SUB-SENIORIS GRAVISSIMI, ACADEMIÆ
IMPERIALIS NATURÆ CURIOSORUM COLLEGÆ, P. L. C.
DOMINI PATRONI ET PROMOTORIS OMNI HONORIS CULTU PROSEQUENDI,

PRO LICENTIA
SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES AC PRIVILEGIA
LEGITIME OBTINENDI

ERUDITIS PUBLICE DISQVIRENDAM EXPONIT
RUDOLPHUS CHRISTIANUS JACOBI, VISENENS. THURING.
AUTHOR,

DIE VIII. JULII MDCCXVI.
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS. HORIS CONSUVETIS.

ERFORDIÆ, TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.

Per Augustinus expressenda D. ditione sedens

SERENISSIMO,
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

CHRISTIANO,

DUCI SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ ET
MONTIUM, ANGARIÆ AC WESTPHAL-
LÆ, LANDGRAVIO THURINGIÆ,
MARCHIONI MISNIÆ, UT ET SUPE-
RIORIS ET INFERIORIS LUSATIÆ
PRINCIPI COMITATUS HENNEBER-
GLÆ, COMITI DE MARCA RAVENS-
BURGO ET BARBY, DYNASTÆ
RAVENSTEINI.



Per Anagramma expræcedenti Dedicatione sequens
inscriptio infertur:

AUGUSTE FELIX!

O!

ICON SAPIENTIÆ

cujus

Regimine, omnia Territorii
beas;

Nam Sacra aurea Jura, Privilegia
habita condis!

Cuidam

auxilii ibi prospicis indigenti,

nec non incremento

studiorum.

oh!

RUTÆ DECUS,

COR! ANIMA!

Patriæ,

ita hic

Mnemosynon, at? hilare nimis,

eja! PII,

eja! & RELIGIOSI,

inhæreat

nobis;



Ubi TU enim oliueti Tuarum-
què Palmarum, CLEMEN-
TISSIME SERENISSI-
MEQUE PRINCEPS, be-
nignissimis umbris, subditi anhelantes, maxi-
me refocillantur; Cuiquè enim justos suos do-
lores impertienti, aures manusvè faciles sum-
mâ Clementiâ porrigere haud unquam defati-
gatus es: Quamobrem omnes ad TE, ut Sum-
mum auxilii ASTLON atquè Sacram Sola-
minis anchoram confugientes, properant. Sa-
crificia quoquè sua, submissamquè Fidem facti-
tantes Musæ, TE Parnasfi APPOLLINEM
apprimè sanctevè colunt, singulus quorum ego
infimus, PATRIO umbone degens, CEL-
SISSIMÆ TUÆ SERENITATI
devinctissima mea obsequia hiscè pagellis sub-
volvo. Audaces quos tamen conatus ne egre
feras, humillimè peto. DEUS interim T. O.
Terquè Maximus Pater Patris Patrie, sani-
tatis Theaurarius Summus, CELSISSI-

A 3

MAM

MAM TUAM SERENITATEM
fospitet, & Regimen encomiis maximè dignum,
ad serotinos posteros usquè perennet: Quo in
Ruta ut RUTA patriæ emolumento diutine
vireas, floreas, vigeas, id quod
CELSISSIMÆ SERENITATIS

Visena d. 3. Julii
1716.

subiectissimus & humillimus servus ierum
atque ierum voves
RUDOLPH. CHRISTIAN. JACOBI,
AUTHOR.



A & Ω.

PROËMIUM.



Vod haud minimam convenientiam, attamen analogam, Macrocosmus cum Microcosmo agnoscat, nemo facile negabit, si unice sub Atmosphæra existens Mare loco exempli adducamus; hoc enim iusta ætherearum particularum proportione inflatum, aquarum circulationem ita perficit, ne littora impetuosorum fluctuum injurias sentiant: multoties tamen aliter contingere, experientia testatur; quando nimirum undæ, ab acere plus justo prementè, nimis motæ, ripis se amplius contineri abnuunt, & motu impetuoso in finis & anfractus se exonerant, regiones affines, terramque continentem operiunt; & sæpius

Polonia

pius navigantibus naufragia minantur. Eodem fermè modo mare nostrum microcosmicum, Cor scil. motu suo intestino quoad totum ambitum afficitur, & plus utilitatis quam damni affert; quamprimum verò exhorrescit, tunc sæviènte maximèque bulliente, undas suas devolvit, canales (arterias atque venas) incurrit, celeri pulsu iis allidens, perniciosum statum p. n. febres, cujuscunq̃ generis, inducit, ita, ut sæpissimè Archæus naufragium experiatur, vitaq̃ periclitetur. Tali statu p. n. correptum, cum à Summo Numine curare mihi licuerit, minimè indignum judicavi, in præsentî Disputatione Inaugurali, Eruditorum ventilationi publicæ illum exhibere. Faxit interim D. T. O. M. ut labores nostri ad Ejus Honorem, proximique emolumentum dirigantur & vergant!

CASUS.



Ir Juvenis miles, triginta circiter annorum, temperamenti Cholericî, decem jam annos castra sequutus, ob vitam valetudinariam belli peritâsus, uno abhinc anno exercitu è Polonia

*Polonia revertente retrocommcabat in Patriam, ibi itinere-
rum malaque tempestatis arumnis defatigatus, corripie-
batur Febri Castrensi, Poloniae pandemia, multorum sanè
commilitonum perniciè, conquerens de lassitudine totius
corporis, appetitu prostrato, siti, calore maxime urgente,
dolore capitis pulsatorio & punctorio (que omnia Au-
gmentum ^{Agrippia}, delirio gravissimo, status vero tremore
artuum & sudore colligativo excipiebant; præter hæc
aderat pulsus celer, angina incipiens, obstructio alvi &
urina ex citrino rubra, non nimis saturata: in tot sym-
ptomatum lerna, versabatur ager, hinc soror ejus, Pa-
tre meo tunc temporis absente, ad Nobilem von Mandels-
loh Hereditarium à neuen Marchi morbo gravissimo cru-
ciato, profecto, auxilium petitum veniebat.*

RESOLUTIONIS

Th. I.

Justo ordinis tramite quo incedamus, prius nomi-
nis in frontispicio positi evolutionem præmitten-
dam esse, quam casus historici plenariam resoluti-
onem aggrediamur, haud inepte censuimus. Vari-
is verò hic noster affectus insignitur nominibus, nempe
à nonnullis febris castrensis seu morbus Castrensis,
de quo constat, quod tanquam nomen generale impor-
tet, quemcunque ferè morbum, quo miles ex castris re-
dit: deinde morbos & quidem specialius eos, qui in ca-
stris sunt frequentes & familiares, quales sunt in pri-
mis angina, scorbutus, Dysenteria, febris petechia-

B

lis;

lis; denique specialissimè sumitur pro febris maligna, continua, contagiosa, dira cum cardialgia & perpetua cephalalgia, quæ ultima acceptio est hujus loci. Quare autem varia hic affectus fortiatum nomina, ex sequentibus patebit. Latini Græcissantes *Cephalalgiam Ungaricam* vocant, eò, quod hac lue correpti miserabiliter & jugiter exquisitissimo capitis dolore exerucientur, propterea Germani apte satis reddunt, die hitzige Haupt- und Ungarische Schwachheit; vocatur etiam à nonnullis causus cordis, ob summam Cardialgiam, maximumque æstum circa ventriculum & præcordia. German. die Hers-Bräune. Castrenses vero Chirurghi, ob nigricantis linguæ colorem, *Fuscenedem* Germ. die Mund-Bräune indigitant. Ob contagium exurentemque decumbentium calorem dicitur Germanis aliquibus die hitzige und ansteckende Kopff-Krankheit. Nonnunquam ob delirium, quod plerumque accedit, Germani efferunt das Hirn-Toben/ oder hirtobende Krankheit/ & quæ sunt alia nomina plura. Hic affectus referente *Sennerto* 1566. vel 1572. in Ungaria innotuit, & hinc per totam penè Europam propagatus fuit, huncque affectum Polonia quoque expertus.

Th. II.

Præmissis nominalibus ad realia nos convertimus. & sequenti modo nostrum affectum definimus: *Quod sit intemperies calida, seu calor totius corporis p. n. Polonie tunc temporis pandemius, calore maximo, dolore capitis, delirio, varioque in casu symptomatum satellitio*

siipatus, ab effervescentia sanguinis, fermento peregrino atque contagioso, & causis procatarticiis contractus.

Th. III.

Igniti vero hujus hostis genealogiam ulteriori mentis indagine inquirentes, inveniemus ex concatenata symptomatum congerie concludentes, illam de calidæ intemperiei esse profapia, quæ hic *ut genus* posita, definitionis nostræ primum obtinet locum, quando audit; febris est intemperies. Hoc verbum Græcis *dykneria* semper opponitur *negrei* temperiei legitimæ, quum illa primarum qualitatum M.S. harmonica connexio, & naturalis temperatura minus consentiant, sed p. n. una præ altera excedat, ita, ut minus concordēs statum exitiosum rebellium concitent, sanguinem ad actionum exercitium præstandum ineptum reddant, & sic à *negrei* recedant, hinc dicitur intemperies; quod assertum quoque *Sennerius* affirmat lib. II. Part. I. cap. 2. de morborum differ. inquit: oritur intemperies, cum debita illa qualitatum primarum proportio, quæ ad actiones edendas necessaria, non servatur. Cum vero intemperies multifarie aliis etiam competens, una cum alterius denominatione facile confundi possit, ad differentiam nimirum frigidæ (ob \hat{a} depressum) & humidæ (ob calorem debilem) affectum nostrum calidæ nominè insignitum posuimus: sulphuræ enim *Sesæ* & *Aales* particulæ in nostro sanguine contentæ, ab heterogeneo quodam fermento irritatæ, elatæ, accensæ & præter modum rarefactæ, hinc reli-

quis prædominantur, intemperiem calidam & fe-
brem causantur; quod etiam *Wedel. assertit, Patholog.*
Dogmat. sect. II. cap. 10. de Caus. morb. intemper.

Th. IV.

Speciem hujus morbi quod attinet, ille ad mali-
gnarum numerum est referendus, 1.) ratione modi
& temporis extraordinarii quod præbebat hyems 2.)
ratione motus morbi & symptomatum decursus, qui
5. & 6. dierum spatium concernit, & citius ad finem
tendit, nisi medicamenti huic auxiliaremur. Ra-
tione differentie, febris nostra maligna differt à ma-
lignioribus, ratione majoris partium secessionis &
peculiarium symptomatum, ab acutis; ratione dura-
tionis & fermenti majoris ac minoris gradus, turba-
tionè vero mixtionis majoris vel minoris ab inter-
mittentibus.

Th. V.

Hanc vero intemperiem quo verbum verbum ex-
cipiat, definitio exprimit, ut universalem, per *calorem*
totius corporis p. n. s. Spiritus enim hîc calore valde
exacerbati, naturæ ordinem non servant, sed dia-
stole ac Systole haud rite administrando, Cor, ve-
nas atque arterias celerrimo motu irruendo, uni-
versam machinam p. n. calore suffundunt: quo pa-
cto sequitur, quod viscera etiam officii limites in-
edendis actionibus transgrediantur, corpus vero
nostrum in talem statum labyrinthum ponatur, ut
concatenatis suis functionibus ad nutum naturæ præ-
esse nequeat. Totum ergo corpus tali affligebatur
intem-

intemperie calidâ *universali*, ad *particularis* differentiam, quæ tantummodo inflammationum speciebus, erysipelati & tumoribus partium inflammatoriis competit, hæc vero uni soli toti sanguini & corpori tribuitur. Hinc intemperies calida *universalis* est febris, *particularis* autem inflammatio (*conferat. Wedel.*) *Præternaturalis* quod sit intemperies, definitionis contenta nos docent ad distinctionem *naturalis*; duplici enim sensu, uno ad statum p. n., altero ad naturalem vergente, penes Authores sumitur. Hic fere contradictionem in adjecto adesse videtur, sed hic terminus duplici fronte apparet statim explicabitur 1.) per evexiam athletarum 2.) per statum plethoricum, in his enim est absque, in illa vero cum manifesta actionum læsione, quibus consentit inter alios *Bruno Dogmat. P. I. & H. c. III.*

Th. VI.

Ut quævis Regio suos patitur manes, dubito solam Poloniam illis exclusam fore, quin præter morbum endemium (omnium incolarum molestiam) cæteros etiam suos pandemios revelet. Quorum numero noster quoque affectus Poloniæ tunc temporis pandemius addendus est, alias Morbus Ungaricus dictus, qui quam plurimos Anno 1714. autumnali tempore finiente, & Hyeme incipiente; contagione contaminabat. Tali tempore magnum periculum minabatur, dum aër variis effluviis nebulosis uliginosis, è paludibus Barathrinis, sentinis, specubus, aliisque cœnosis locis evaporantibus, inquinatus &

inspirando attractus, incolarum corpora vitiabat, à quibus deinde propagatus, turmarum nonnullos milites in ipsis urbium & vicorum regionibus, nonnullos in itinere, multos vero à miasmatis dispositos in nostris Thuringiæ Civitatibus invadebat; quare etiam æger, æquè ac reliqui sui in pectore alentis anguis venenum pessimè olens, commilitonum morè, mox lecto affigebatur.

Th. VII.

Antequam vero certam naturæ stragem sentiebat, primò tam ipso itinerum cursu, quam illò peractò, & primis ante morbum diebus de subitanea virium consumptione conquerebatur. Primus hic prodromus, ut omnium morborum antecedens & consequens, statim primi morbi imminentis temporis infucatum testimonium perhibebat, quod quoque haud absolum, ipsis *Hippocrat. verbis Sect. II. Aphoris. V.* qui dicit: *Spontaneæ lassitudines indicant morbos.* Quemadmodum autem non quævis lassitudo morbum, multo magis alium defectum, ut illa à duris laboribus inducta, spirituum ac virium restaurationem necessariam indicat; sic hæc involuntaria semper morbum in limite esse annunciat, hinc æger noster duplici *lassitudinè* una *naturali*, altera *p. n.* afficiebatur, quæ prima à spirituum depauperatione & consumptione, altera ab horum præpedimento & suffocatione dependebat. Illa à non mediocri tali peregrinatione malæquè tempestatis injuriis concommitata, omnia membra, musculos totumque corpus

pus delassabat, & ita, ut artus requiem anxie quære-
re cogentur; hæc vero proveniebat à miasmate
maligno acri, ex aëre impuro & uliginoso petito M.
Seæ, spiritibus ac succo nervorum contrario, dum
hi præpediuntur & quasi suffocantur, ne nervis re-
liquisquæ musculis & partibus annumeratis suum
tributum decenter persolvere possint, sed parcè &
quasi titubanter in illas influant, deinceps actionem
animalem præpeditè exerceant.

Th. IIX.

Huic associata erat *appetitus dejectio*. Tria alias
necessaria pertinentia ad appetitum excitandam in
statu naturali requiruntur; spiritus, menstruum
ventriculi, Sale suo acidulo imbutum, & calor. Spi-
ritus enim quamdiu ex vasis suis progressi, lym-
pham menstrualem volatilifant, calor autem tam
ipsi Ventriculo proprius, quam ab affinis partibus
communicatus, illam acuit & vellicationi aptam
reddit, tamdiu ciborum desiderium homo fovet, his
vero depravatis & vitiatis, homo cibando abhorret
& appetitus hæsitat. Sic p. n. hac constitutione &
Spiritus & sanguis variis malignis inquinamentis
delinquentes, fermentum loco naturalis vitiosum cor-
ruptum, per vasa gastrica ad interiores Ventriculi
glandulas, ex his vero ad ipsius cavitatem deman-
dabant; Hepar, Omentum, lien, pancreas, intesti-
num duodenum, & alia ut circumjacentia illum ac
retortam tubulatam instar ignis circumcingentia, ca-
lorem p. n. igne plus justo augebant, ut lympha
menstru-

menstruali consumta, nihil nisi Oia ☐sa calidis suis halitibus sexti paris orificio superiori insertos, membranosamquè substantiam vellicantia, remanerent; hinc appetitus à calore immoderato extinguebatur; nimius enim calor stomachum solvit *vid. Bartholin. p. 78. Azath. Lib. I. de infim. Ventr. & Cels. lib. I. c. X. p. 42.*

Th. IX.

Sitis è contra valdè urgebat. Hujus ratio à variis causis petenda est; imprimis à calore exorbitante, salivæ defectu, & humoribus muriaticis ac biliosis. A calore enim exsuperante, serum valde resolutum, per transpirationem insensibilem absumitur, lympha alias Ventriculum instillans, eliminatur, à centro ad peripheriam defertur, undè Oia acria sui juris facta, superius ventriculi orificium urentia molesta sensatione afficiunt, & ad potus ingurgitationem stimulant. Hùc accedit aliorum viscerum primario pulmonum aestuatio, faucium ariditas, & tubulorum salivalium obstructio; Aër enim ad sanguinem ventilandum in pulmones illabitur, quando tunc in cavitate pulmonum excalesfactus, exspiratu arteriam asperam & fauces fuliginè sua acri ferit, salivam incrassat, & tubulos salivales exsiccat, tunc deglutitionis opus infringitur; Oia vero Ventriculi urentia, nullo pacto diluuntur. Ex triplici hoc fonte talis fitis incompefcibilis promanavit.

Th. X.

Calore maximè agrotus cruciebatur; in statu tamen sanguis

sanguinis totiusque corporis calorem considerantes,
 illum blandum à motu intestino progressivo undula-
 torio tranquillo & minus tumultuoso proveniente,
 deducimus; attamen qui hoc in statu acutus, inten-
 sus, æstuans, à sanguinis tam intestini quam pro-
 gressivi motus turbatione, acceleratione, & Spiritu
 motu peccante, dependet. Spiritus enim sangui-
 nem naturaliter moventes, ab ipsò præternaturali
 & qualitate peccante offensi, & motu maximè ex-
 calefacti, dum nervosum genus influunt, ob sen-
 sum illius exquisitissimum, calorem p. n. producant.
 Hinc rectè *Helmontius Doctrin. Febr. cap. 1.* scripta hæc
 reliquit; quod nimirum Spiritus hominem naturali-
 ter in sanitate calefaciens idem sit, ac iste qui in febrili
 æstuat.

Th. XI.

His presso pede sequebatur *capitis dolor pulsato-
 rius & punctorius*: Ægrotus, cum alias in statu n.
 omnis hujus doloris expers, tamen jam decumbens,
 ineffabiles hujus cruciatus persentiscebatur, cujus fa-
 ces animi firmitatem fere labefactare videbantur:
 Hic dolor, qui extra febrem ut morbus, ex morbo-
 rum genere jam planè relegandus, sed tantummodo
 ut morbus morbi vel symptoma febrem consequens
 respiciendus, emergit à prava S. diathesi seu Ono-
 acri biliosa dispositione. Sanguis enim biliosus,
 calore nimio elatus & rarefactus, tenerrimam cere-
 bri texturam impetuoso motu perreptans, vasa ce-
 rebri tam majora quam minora & capillaria disten-
 dens,

C

dens, Onis suis particulis acribus meninges vellens, pungens, *λύσις τῆς ἰσχυρίας* seu continui solutionem, & denique tristem dolorificam sensationem excitat, unde uterque dolor. Sic pulsatorius ab *ὑπερθερμότητι τῶν αἱμῶν*, seu sanguinis biliosi excandescencia, rarefactione & vaporum distensione provenit, quod affirmat *Clarissimus Dn. D. Eyselius Compend. Patholog. p. 76. Th. XIII.* dicens: à sanguine nimis bilioso exaltato, dolor pulsatorius producitur. Punctorius vero, uti supra adductum, ab infarctu Ono membranas cerebri punge[n]te natales ducit.

Th. XII.

Ἀγρυπνία, uti alias malorum & delirii comes, *inter alia symptomata hic quoque observabatur.* Hoc verbum, Latinis insomneitas semper opponitur somno; ratione subjecti principalis constitutionis: Subjectum principale est cerebrum, cujus beneficio somnus, totique quies conciliatur; constitutio vero ejus naturalis est humida & rorida temperatura. Quando cerebri igitur pori concidunt & blandi illius humidi vapores Spiritus q. f. ligant, tardiores creant, horumque effluxum impediunt, tunc cessant voluntariae actiones, homo somnum amat, Spiritus vero refocillantur: Somnus enim est spirituum pabulum. Unum idemque subjectum hoc symptoma, sed ratione constitutionis & legitimae temperaturae, ab illo maxime diversum agnoscit, Subjectum enim cerebrum vigiliis etiam subministrat, non vero respectu naturalis constitutionis & humidae temperaturae, cum

cum pori ibi à sanguinis particularum acrium collectione, & calore p. n. humidum roridum blandum depascente quasi hiant, non occluduntur, spiritibus verò animalibus impetus conceditur, quo sua p. n. volatilitate organa totumquè corpus influentes, impertiantur, sensus & viscera ad actionis exercitium impellentes, suo irrequieto motu se non tantum depascant, sed gravissimum illud symptoma ægrotis sæpe lethiferum delirium sc. inferant, hinc multoties ægrotum in vitæ periculum inclusum videmus.

Th. XIII.

Hec omnia deniquè excipiebat gravissimum delirium.
 Hoc symptoma seu depravata imaginatio & ratiocinatio, originem traxisse videtur ab humorum in cerebro maxima turbatione, seri & spirituum animalium agitatione, excandescencia, orgasmo, & motu inordinato seu irregulari. Ab humoribus enim biliosis magna vi attenuandi præditis, Quis est substantia cerebri medullari furibundo motu sese exonerantes, totum cerebri ambitum oberrant, varias atque perversas sibi fictas ideas animæ efferunt, sed recurrentes & circumvagantes, plexum choroidæum ac nervorum principium valde confusè & inordinatè irradiant, & sic phantasmata animæ oblata in actum deducunt; idcirco æger modo divinis, modo bellicis præliis, & oppugnationibus inhærebat, aliaquè incondita proferebat.

Th. XIV.

In numerum symptomatum, casus tremorem artuum

C 2

quo-

quoque recenset; tremori alias Hippocrate consentiente in febris ardentibus delirium succedit Aphoris. 6. 26. causam si inquiramus, unde hæc depravata voluntarii motus actio vel facultas læsa oriatur, duplicem 1.) Quum defectum, 2.) vapores salium acres deprimere possumus. Defectum (1) spirituum, quem primario accusamus, non positivum, nec totalem, sed privativum & partialem concipimus, ab intemperie calida & æstu febrili nutrimentum Alium depauperantibus, inductum, quatenus spiritus per continuas agitationes & fastuosum illud perspirabile, cum subgregato suo comite depauperantur, quod legitima quantitate nervos, fibras & musculos irrorare nequeant; cui (2) Etia illa acria adminiculantur, quæ exiguum spirituum supellestem officio nervos irradiare se cingentem, vaporibus & halitibus Quo acri caractere impressis, illico retrogredi cogunt, hinc muscoli contractioni addicti munus jam colunt extensionis artus autem nullo stabili tono firmati; mox deprimuntur, mox elevantur Exsurget cæteroquin à variis causis, timore, terrore, laborum exaggeratione, vini helluatione, & catarticis incaute propinatis. Tremoris descriptionem Clariss. Waldschmid. p. 940. exornavit exemplo, Januæ sc. non clausæ, sed in cardine hærentis & fluctuantis, quæ, si aer ex camera veniat, versus unam, sin vero ex opposita camera, versus alteram partem pellatur.

Th. XV.

In summa symptomatum hac ex acerbatione, non ultimam

ultimam tyrannidem *sudor colliquativus*, *maximo viri-
um dispendio* corpus in vitæ discrimen fere adducens,
exercebat: utpote qui (colliquativo nominè neglecto
& sano corporis habitû sanguinis seri nec nimis atten-
nuati æquè ac condensari statû, vasorum secretionis
munus obeuntium, & pororum horumquè fibrarum
morui tonico succinctarum constitutionè legitima
consideratis) naturæ legibus decenter obediens. pri-
mæ, secundæ & tertiæ coctionis damna, per meatus
secretorios secum rapit, illosvè Ænâ sua absterfiva
virtuté ab omni immunditie liberat, hinc magni usus
æstimatur. Hic vero sudor p.n. & colliquativi nomen
adeptus, radices à prava Æno-acri Ai indole nus
non tantummodo in corde, sed ejus etiam vasis com-
movente, dyscrasiam atquè resolutionem omnium
humorum suppeditante, gerit. Torvô enim hôcho-
stè nostram metropolin microcosmicam infensissimè
aggresso, statim spiritus ad luctam provocantur, in-
de ab horum congressu talis motus impetuosus omni-
um particularum in sanguine excitatur, ut motus
jam tumultuosus majori gradu exaltetur, in fluctuan-
tem invertatur, seri crasis magis magisque attenuet-
tur, particule roridæ ad vasa secretoria copiosè de-
mandentur, fibræ pororum verò flaccescant, & pori
deniquè januas progredientibus apertas præbeant:
hinc sudor superflue prorumpens, formam perlarum
& lachrymarum exhibet. Hic autem sudor differen-
tiam præripit sudori Anglico, non quoad causam pro-
ximam & mediatam, sed i.) ratione invasionis tem-
poris,

poris, quatenus sudor noster ut symptoma *πύρετος*, ille vero morbus, *ἄσθμα*, & totum morbi decursum perdurat. 2.) Ratione sudoris considerationis, qui in illo mox calidus, mox frigidus erat, in hoc vero calidus & in declinatione ad mortem frigidus deprehenditur. Sudorem, quod admiratione dignum erat, in quadam Nobili fœmina moribunda hecticâ laborante, annotabam, modo calidum, modo frigidum, cum tamen talis modi morbo correptis personis semper frigidus observetur.

Th. XVI.

Pulsus celeri motu in arteriis provolvebatur. Secundum ipsius Hippocrat. Aphoris. XXII. Sect. Physiolog. Cor arteriarum nominatur radix; qualis hujus muscoli motus dilatatio & contractio, talis etiam pulsus in surculis ejus arteriosis asseritur; Spiritus enim est omnium actionum & cujusvis motus diribitor, musculorum aliorumvè vaforum, ut continentium, contentum insitum, qualis igitur hujus constitutio, talis ejus actio; qualis actio, talis actionis effectus. Sic hîc Spiritus iracundi p. n. constituti, valde expansi & elastici, tali impetu actiones peragunt, harumquè effectus impetuosos solvunt, ut in corde diastole & systole summa velocitate, horumquè effectum pulsum sc. in arteriis continuatum, efficiunt; his tamen non affirmare conor, cor se ipsum movere ejusquè motum esse voluntarium, sed quod sanguis per tot iteratos circulos rarefactus, cordis Ventriculos irruat, & hujus consensu, atquè his ambobus combinatis diastole

stole & systole & motus per consequens & pulsus contingant, dictum volo. Et hæc celeriter pulsantis arteriæ est ratio. Interim tamen non semper pulsui ut fallacissimæ rei credendum, quum multoties accidit, quod pulsus languens & lentus sit & flaccescat, æstus vero maximè urgeat. *Cels. lib. III. Cap. VI.*

Th. XVII.

Præter hæc omnia morbo noster afflictatus de faucium siccitate & tam Medicamentorum, quam potus ordinarii deglutitione agerrimè sequente, quærelas expromebat, quæ ambo anginae incipientis & plurimos malignos morbos insequentis symptomatis principium esse, judicabam. Hujus novi symptomatis causam manifestabat febrilis iste calor, & humorum accensio, ope cujus sanguis in vasis musculorum gutturis & tonsillarum capillaribus, ob valde æstuantem & enormem volatilitatem acquisitam, sero & lymphâ privatus, stagnationem & stagnationis necessaria consequentia, inflammationem intendit, ea de causa deglutitio ferè præpedita erat. Cum è contra dolor levis se exereret, non unice sanguis, multo magis saliva & lymphâ in tubulis stagnantes hujus culpam sustinent: hæ enim vi caloris incrassatæ & adustæ, meatus vasorum salivalium & lymphaticorum, quo illa minimè ad os humectandum exstillare humores possint, obstruebant, hinc inde deglutitionis difficultas & faucium ariditas subsequæbantur.

Th. XIX.

Cæterum casus illius actionis naturalis defectum,

nam

alvum sc. *adstrictam* denotat, quæ imminuta & impedita, attamen necessaria actio, naturæ nisi in optima corporis constitutione in officio quotidie respondeat, multo magis in statu morbifico deficiens, naturæ partim labefactatæ detrimentum affert; hoc symptoma Medicis in excernendis, cum scybala ac fæces alvinæ citra naturæ consuetudinem retinentur *vid. Clarissimus Dn. Preses in Compend. Patholog. p. 37. Thes. XLV.* in nostra affectione à caloris exorbitantia, fæcum alvinarum exsiccatione & induratione, lymphæ à centro ad peripheriam distributione, ejusque naturali in intestina plenario influxu prohibitio, dependet; ut ita motus peristalticus valde infirmatus, excrementorum expulsionem aboleat.

Th. XIX.

Urina ex citrino rubra, etwas höher als Citronen-Farbe | illi robusti hominis validi similis & tenuis, nec encephala aut horum quicquam, tam 2. 3. quam 4. die annotandum erat: omnia hæc Medicis malæ notæ indicia plerumque sunt lethalia, nam vehementissimam esse febrem, à cujus viribus naturam subigi posse, portentunt, & quidem 1.) ratione coloris, 2.) ratione consistentiæ. Quod colorem attinet, ex citrino rubrum, non legitime urina partibus Θ no- Φ eis in sanguine exuperantibus, tanquam colorum principiis saturata, pro voto minimè horum copiam respondebat, sed humorum acerbam agitationem & turbationem præfagebat. Quoad consistentiã, dum clara, tenuis, perspicua, non turbida erat, nec quidem nubeculam, primum

primum incipientis coctionis signum præbebat, cum tamen plus tertiâ temporis partē his morbis malignis addictâ præteriisset.

Th. XX.

Casu nunc resoluto, causas enodandas, fere herculeum laborem, aggredior, primario vero causæ immediatæ aut proximatæ evolutionem. Immediata hujus febris causâ est effervescentia sanguinis, aut vehementior fermentatio, motus tumultuosus & agitatio contrariorum, sanguinis passivæ, & miasmatum activæ gerentium. A duobus enim contrariis mistis talis particularum agitatio & effervescentia exsurgit, ut ora vasis transgrediatur, uti in Chymicis perspicue lucet, ex Ω Θ & Tinct. Γ combinatione. Sic nostri humores ex variis particulis contexti, multas Θ nas alkalinas cum aliis permultis fovent, quibus si peregrinæ acidæ acres particule affundantur, sanguis fermentat, effervescit, tumultuosè in omnes partes irrumpit, hujusquæ effectum, calores puto p. n. s. febres causatur.

Th. XXI.

Causa mediata antecedens seu proximior, est fermentum peregrinum, acre, volatile, contagiosum, aut in corpore genitum, aut ex aëre exhaustum. Nostra massa sanguinea à variis causis conspurcari potest, aut à pravæ coctionis vitio, aut ab aëris infecti & corrupti desumptis. Prima enim provenit à pravæ coctionis radicibus, cruditatibus, plurimorum affectuum matricibus; quando loco laudabilis chyli, ci-

D

bi

bi in partem viscidam aut acidam, à deficiente Ventriculi calore, vel in liquamen biliosum, putridum, corruptum, à calore Ventriculi excedente abeunt, per vasa meseraica nostro sanguini advehuntur, illumque ad hunc morbum præparant & disponunt; quapropter optime canit Homerus: *ἴσθι μὲν ὅτι πολλὰ καὶ ἀνθρώποισι βλάβη ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἐντὸς ἐπιπυρρῆτος*; sæpe homini venter multorum causa morborum: & porro Poëta:

*Qui stomachum Regem totius corporis esse
Comendunt, vera mihi ratione videntur.*

Hujus enim validus firmat tenor omnia membra:

At contra ejusdem franguntur cuncta dolore.

2.) Ab aëre, quando aër est corruptus, contagiosus, variis deleteriis farcitus, inspirando attractus, sinistro cordis ventriculo sua miasmata communicat, hujusve morbi sedem struit.

Th. XXII.

Causas procatarcicas seu mediatas remotiores, exhibent sex res nonnaturales malè administratæ, quæ qualitate vel quantitate peccantes, huic morbo, ut aliis portam aperiunt, quarum primum obtinet locum *Aër*. Justa hujus dispositione nec in motu nec mixtione excedente, machina nostra, tanquam fonte varios exhaurit usus; quatenus ille nec nimis frigidus nec enormiter calidus, vi sua elastica, respirationem, sanguinis circulationem, ejusque depurationem promovet, illum rarefactum ventilat, sed & hujus fuligines segregatas eliminat. Econtra noxam fere irreparabilem, varii generis febris infert.

(1)

(1) Excedens caliditas, massam sanguineam attenuando, Spiritus rarefaciendo, horumque cum sanguine circulos accelerando, & intemperiem inducendo, (2) excedente frigore; quum valde crassus & rigidus, vi sua maxima coagulandi & refrigerandi, calorem extinguit, sanguinem incrassat, ejus tam in vasis pulmonum minoribus, quam peripheriæ totius corporis circumscriptæ, stagnationem procurat, summè illam actionem naturalem necessariam transpirationem, poros constipando, impedit. (3) Ratione malæ mixtionis, quatenus variis particulis heterogeneis nocivis, contagiosis, impuris, malignis, acerbis Alibus aliisque perniciosissimis deleteriis turbatus, ☉ & Sanguinem inficit, ☿ rarefacit, exaltat, actiones turbat, febres harumque materiam proxumam suppeditat.

Th. XXIII.

Sic nocent diætæ inordinationes: ut cibus & potus quantitate & qualitate assumti peccantes. Ab alimentis enim quantitate majori & indecenti assumtis; plus justo ventriculus distenditur, ciborum fermentatio & digestio nullo ritè modo instituitur, sed loco succi illius laudabilis, vires ☉ uum tot actionibus impensas & deperditas nutrientis, famosæ illæ cruditates, morborum feraces, ecoquuntur. Item si peccant qualitate, ut apepta, coctu difficilia, Olita, fumo indurata, acidis condita, & viscida, dum bilem corruptam & acidum iners generant. Verum potus sive sit insueta quantitate sive qualitate no-

cente ingurgitatus, nos ad febres disponit, vel impurus, vel dulcis, vel acidus. E. gr. Cerevisia indefacata, recens cocta, turbulenta; sic acida & volatilia: E. gr. adulterata vina dulcia, quæ ratione dulcedinis magis palatui quam cordi grata sunt. Sic & ratione volatilitatis expandens, ratione phlegmatis acorem generans; omnia hæc & bilem & acidum sanguini adducentia, fermentationis & febrium principia ponunt.

Th. XXIV.

Non minus æque id efficit Motus. Qui nec excedens nec deficiens, vitam conservat; in motu enim consistit vita. Limites vero, si excefferit, motum intestinum progressivum circularem sanguinis augendo, Spiritus exacerbando, horumque nexum turbando, spiritus absumit, vires debilitat, corpus efficcet, & valde poris apertum, ad varia miasmata recipienda disponit. Primario verò, si corpus motu & calore calefactum, haustu frigidus cerevisiæ aut alius potulenti refocillare nititur, tunc ad sanguinis stagnationem, coagulationem, & per consequens varias per n. fermentationes, & febres via sternitur.

Th. XXV.

Inter alias vigiliæ quoque accusandæ veniunt, quæ simul, ut somnus, utraque si excefferint, mala inducunt Hipp. 2. Apb. 3. Vigiliæ cerebri & medullæ constitutionem ac legitimum temperatum, blandam humiditatem somnum & nostris Alibus novas vires conciliantem absumendo, corrumpunt, & Spiritus

ritus à coctionis munere avocando, cruditates generant, calorem nativum adeoque sanguinem & impetus facientes, à cerebro ad peripheriam movent, & febres creant. Quoniam vero milites, semper armis noctu inprimis accincti, omnia vigilando observare debent, non dubium est, has huic morbo causas attribuisse.

Th. XXVI.

Animi pathemata suum calculum addunt, omnium vero potissimum Ira; qua Spiritus accenduntur, Sanguis cum suis particulis præprimis hæis commoventur, ut ebullire & effervere incipiant; eaque propter febres producantur.

Th. XXVII.

Excreta ac Retenta ultimo causarum procatartitarum agmen supplebant. Ad hanc Classem spectat transpiratio insensibilis, quæ aut ab aëre frigidiori hybernali tempore, supprimitur, vel cum tempore æstivali, quò corpus apertum, refrigerationis ergo aëri liberiori exponitur, sufflaminari potest. Fuligines enim atque amurca secundarum viarum non segregantur, multo magis repelluntur, hinc ad massam sanguineam regurgitantes, essentiã nunc Æna, acidã & heterogeneã, variarum fermentationum, turbationum adeoque febrium causas accusant. Porro huic alvinarum ejectione est maritanda, cum ob inopiam bilis ex poro Choledochi largioris affluxus, clyster naturalis deficiat, nec sui officio alvus quotidie respondeat, ut excrementitiã cum alimentitiis unas

easdemque vias agnoscant, & sanguini suas fordes insinuando, nobilem illum succum deturpent; à quo feminio periculosos affectus in sinu celante, tales febres oriuntur. Quoniam ergo æger ut miles & vitæ militari plerumque inordinatæ, respectu sex rerum non naturalium assuetus fuerit. hinc varios errores commisisse, sibi que ex his morbum acquisivisse, facile fluet.

CURATIO.

Medicus autem Praxi se accingens, quo omnia prosperè succedant, semper observet indicationes, nihil quoque agat, nisi quod indicetur prius, ne præmatura sua conjectura, impugnata naturæ frivole adverteretur, eamque in deteriorem statum præcipiter. Indicatio verò sub suam classem comprehendit, vitalem, præservatoriam, & curatoriam, quæ optima instrumenta, Medico experientia & ratione imbuto, ad medendi methodum viam permittunt. Triplici hac indicatione innixus, nostrum cutationis scopum suscipio; hinc prima indicabat vires esse conservandas, quo eo strenuus natura hosti resistere & impetus furibundos repellere queat; altera indigebat vigilandum & corpus ab aliis periculum augentibus præservandum esse; tertia denique causam morbi proximam respiciens, immediatum febrem producens oppugnandum, naturam à morbi compedibus liberandam, & morbum cum sanitate commutandum esse, mandabat. Ut omnibus igitur his indicationibus satisfacerem, statim ad triplicem fontem

tem Pharmaceuticum, Chirurgicum, & Dieteticum, è quibus auxilia desumenda erant, confugiebam: medicamenta sive auxilia tum Alterantia, Alexipharmaca, Bezoartica, Diaphoretica, absorbentia Præcipitantia, Cephalica & Nervina huic feбри, tam inspecie, quam aliis malignis & peracutis in genere convenientia, simplicia & partim ex iis, partim alia composita, quibus curam inchoavimus, & absolvimus fons Therapeuticus, ejusque dispensatoria, Regnum vegetabile, animale & minerale offerebant; quorsum primum spectant simplicia, ut Rad. Angelic. Aristoloch. rotund. Carlin. Chelidon. maj. Contrajerv. Dictamn. alb. cret. bistort. Enul. Gentian. rubr. Imperator. Olsnit. Petasit. Scorzoner. Tormentill. Vinctox. HB. Card. benedict. scord. Tanacet. Centaur. minor. Rut. Absinth. pont. Fl. Aquileg. borragin. Calend. Scabios. Ulmar. Sambuc. bacc. parid. gran. Kerm. Myrrh. Lap. bezoart. C. C. spagir. s. Philosoph. ppt. Ebur. sine Δ ppt. Matr. perl. ppt. Perl. ppt. Conchæ ppt. Ocul. ∞ . Corall. rubr. & alb. ppt. Uni. C. V. & foss. ppt. succin. flav. ppt. ∇ Lemn. \odot frigonens. Bol. armen. lot. \ddagger diaphoret. lin. Cachect. $\&$ Antihect. Poterii. Pulv. Bezoart. W. Maj. & minor. apparat. Sennert. Pulv. Pannonic. rub. Cephal. Michaël. Tinct. bezoart. Wedel. Alexipharmac nostr. Antifebril. nostr. Essent. Myrrh. balsam. Succin. Santal. citr. His tam generalibus quam specificis nostri affectus positis, modum ac ordinem procedendi jam recensibo.

Die II. Januarii 1715 Soror ægrotantis militis morbo

bo gravissimo afflicti me consulebat, tota igitur morbi & symptomatum receptione ab illa percepta, confestim me ad ægrum ipsum conferebam, ibi prius & phænomenum & status & temperamenti respectu habito, V. S. intendebam, & quidem initiò, ut optimò huic administrationi dicato temporè, quo spatio materia maligna non tam intimius sanguini admixta fuerit, qua propter consultius statim fermenti febrilis faces aliquomodo extinguentes esse, judicavimus. Prima attamen V. S. non liberat à morte, sed incauté administrata sæpius ægrotum jugulat. Eadem luce Medicamenta immediatam causam, seu effervescentiam sanguinis infringentia (qua enim posita ponitur febris, qua ablata tollitur morbus) simul quoque quia alvus per triduum stricta fuerat, aperientia præscripsi:

Rz. Tinct. bezoart. Wedel. ʒij.

Elix. PP. Rhabarbar. ʒiſ. M. D. S. Sieber
und eröffnende Mixtur; jede 3. Stunden 36. bis 40. Tropfen
mit Bier zu nehmen.

Aperientia & alvum moventia hæ febres optimè ferunt, minus vero purgantia, quæ ratione effectus plerumque funesti, plurimis Medicis sunt invisæ, ab horum enim fermentatione, sanguinis effervescentia, plus augetur, quam compescitur, quia altera fermentatio à peripheria ad centrum, & altera à centro ad peripheriam instituitur. Pulverem porro particulæ salium acres figentem, absorbentem, præcipitantem & simul confortantem, huic Medicamento adjunxi.

Rz.

Rz. Pulv. bezoart. Wedel. minor. apparat.
Pannon. rubr. ana ʒij.

Cachect. ꝛt. ʒj. M. Dividuntur in 2. p. æqual.

S. Stärck. und Fieber Pulver Morgens und Abends 1. zu nehmen
mit beyfolgenden Vehiculo.

Rz. ▽ Citr. ʒij.

Acetof.

Cerafor. nigr. ana ʒj.

Tinct. rosar. rubr. ʒij.

Syrup. d. Citr. q. s. ad grat. sapor. M. D. S.

Wasser zum Pulver.

His Medicamentis per unum atque alterum diem continuatis
alvus officio suo respondebat, nec insensibilis transpiratio
immodica erat; tertio autem diē ut 14. Januarii, quo calor
magis accrescebat, pulsus pulsus, & Capitis dolor dolorem
excipiebat, vigiliae atque delirium majori gradu urgebant, alia
Medicamenta praescripti.

Rz. M. Simpl.

Ess. Alexipharmac. nostr. ana ʒij.

Succin. ʒj.

Tinct. Corall. ʒij. M. D. S. Fieber Tropfen / alle

3. Stunden zu ʒ6. bis 40. Tropfen mit Bier.

Rz. Ess. nostr. contra Febr.

Trifol. Fibr. ana ʒiʒ.

Tinct. Anodyn. ʒj. M. D. S. Mixtur Morgens
und Abends 40. Tropfen mit Bier oder Fleisch Brühe zu nehmen,

Rz. C. C. Philosoph. calcinat.

Ocul. ʒ ppt. ʒj.

Pulv. bezoart.

Cachect. ꝛt. ana ʒij.

Matr. perl. ppt. ʒiʒ.

Cinabar. ʒ ʒʒ.

▽ Scorzoner.

Rosar. ʒij.

Cord. Fr. H. S.

E

Cera-

Cerafor. ʒj.

Sachar. Canth. ad grat. saporem M. D. S. Stärck
und Rühls Trancß ʒffters 1. bis 2. Löffel voll zu nehmen.

Topica hic non sunt negligenda, quia optimum auxilium pro-
mittunt; hinc capiti, saccul. cephalicum applicari curabam.

℞. Spec. pro Cucuph. ʒij. D. S. Species zum Säcklein
aufs Haupt zu legen.

℞. Ess. nostr. balsam. ʒis.

℞. Camphorat. ʒij. M. D. S. Stärck, und Haupt-
Spiritus ʒffters umzurütteln und das Rühgen damit zu benehen/
auch/wenn es trucken/ damit zu continuiren.

Pulsui applicabatur Epithema confortans, & sanguinem è cir-
culatione reducem, refrigerans;

℞. Acet. bezoart. ʒij.

℞. Cinanom.

Aneth. ana ʒij. M. D. S. Stärck, und Rühlen-
der Umschlag auf vierfache Zücherlein zu nehen/ auf die Pulse zu
binden/ und damit zu continuiren.

Angina prospiciebatur Gargarismate tumorem emolliente &
viscidam materiam poros obliterantem, abstergente sequenti.

℞. Fol. Salv.

Violar. ana Mis.

Fl. Sambuc.

rosar. ana Mj.

Coq. in f. q. ▽ Colatur. Unc. xxiv. adde

Syrup. Viol. ʒis.

Berber. ʒo. M. D. S. Gargarisma oder
Surgel, Wasser zum Einsprizen.

℞. Syrup. Papaver. errath. ʒij.

Ⓞ fiat. ʒis. M. D. S. Abstergirender Safft/ die
Zunge und Hals mit auszuspinseln.

Ad sitim compescendam, præprimis quoque respiciendum
est, ne ab humidi ac potus superflua assumptione ventriculus
lædatur, vomitus & lethales diarrhœæ invitentur, ergo modi-
cus quidem potus, sed ℞. acido Siã acria deprimente mistus
conce-

concedendus. Hinc cuique cerevisiæ hemina Clyff. $\frac{1}{2}$ gtt. 80. optata euphoria admisceri suadebam. Die 15. Januarii. neglecto medicamento opiatò, delirium & vigiliæ contumaciter durabant, quæ cum sudore colliquativo & tremore artuum associata crudelia exercebant symptomata alia medicamenta alterantia, absorbentia, præcipitantia, nervina & somnum dispensantia depromebam.

Rz. Tinct. Antiphthif. Gramann.

Ess. Myrrh. balsam. ana ʒij.

Antiscorbut. nostr. ʒiſ. M. D. S. Schweiß

sünderende Mixtur, jede 2. Stunden Wechsels, Weise mit dem Pulver 40. Tropffen in Bier zu nehmen.

Rz. Specif. Cephal. Michaël. ʒiſ.

Ebur. f. Δ ppt.

Unicorn. foss.

Ocul. \mathcal{S} ppt. ana ʒj.

$\frac{1}{2}$ diaphoret. ʒt.

Magister. ʒ.

Lapid. bezoart. ana ʒſ.

Extract. Laud. Opiat. gr. iij. M. D. S. Hauptfeieber, Pulver, jede 2. Stunden nach denen Tropffen i. Wasser Spitze mit Bier zu nehmen.

Ad spiritus sopiendos & somnum inducendum, tempora & vertex sequenti balsamo illinebantur.

Rz. Nucist. express. ʒij.

Extract. Opiat. ʒſ. redigantur \mathcal{S} Lign. Rhod. gtt. ij. ad consistent. balsami D. S. Schlaf bringender Balsam/ die Schlaffe und Wirbel damit zu salben/ auch öfters daran zu riechen.

Quibus medicamentis ad dies 16. & 17. Jan. propinatis dolor capitis, vigiliæ, delirium & sudor colliquativus, ut uno omnia complectar, reliquaque symptomata, sensim sensimque cedere videbantur, Urina erat flamma & valde saturata, materia peccantis coctionem per hypostasin colori florum mali perfici similem, præbens, Dies 18. 19. & 20. Medicamentis

E 2

maligni

malignitatem ulterius expellentibus symptomata mitiganti-
 bus, & Ω simul confortantibus terebam

Rz. Tinct. bezoart.

Corall. ana ʒij.

Ess. Carminat.

Citr. ana ʒj. M. D. S. Stärck. Mixtur, des
 Tages 4. mal zu 40. Tropfen mit Bier zu nehmen.

Rz. C. C. spagy. ppt.

Conchar. ppt. ana ʒj.

Lapid. \mathfrak{z} .

Corall. rubr. ʒij.

Matr. perl. ppt.

$\frac{1}{2}$ diaphoret. ex Reg. $\frac{1}{2}$ ii ana ʒj.

Cinnab. $\frac{1}{2}$ gr. x.

\mathfrak{z} Cinnamom.

Citr. ana gtt. ij. M. D. S. Bezoardisch Pusber/
 Morgens und Abends 1. Messer. Spitze in Jusculo avenaceo.

Metam sic curationis novem dierum spatio ad finem perdu-
 ximus, æger vero nihil amplius nisi de virium jactura con-
 querens sua forte contentus erat. Ne ille vero recidivâ radi-
 ce priori periculosiori corripatur, ultima medicamenta us-
 que ad 23. Januarii propinabam, cæterum non dura salita at-
 que acida sed juscula carnis lentium & ptisanorum aliaque ali-
 menta, sorbilia, ut & ova minus fixa comedet, item aërem frigi-
 dum cane pejus & anguine vitet, ne pori referati denuo con-
 spitentur, & transpiratio sufflaminetur, diligenter admone-
 bam. Quia autem animus fuit tantum casum brevissimis de-
 scribere, hinc huic rei satisfacisse putamus, cætera prolixio-
 ra aliis Eruditibus relinquimus, vela nostræ dissertationis contra-
 himus, & præprimis DE O T. O. M. pro Clementissimo suo
 auxilio grates solvimus devotissimas, atque illum intensissi-
 me rogamus, ut conatibus nostris in posterum benignissi-
 me asistere velit, quo omnia cedant in Ejus Gloriam
 proximi salutem & optatum
 FINEM.

ULB Halle
001 972 26X 3




S. 6.

Vd 18







27. 50. 16
SUMMO NUMINE ADJUVANTE!
DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS,
PROPONENS CASUM *1716, 3*
DE
FEBRE CASTRENSI,
Oder
Polnischen und Ungarischen Krankheit/

QVAM
RECTORE HUIUS ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE DE BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ ATQVE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO
INTIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESIAARUM, MOGUN-
TINÆ ET TREVIRENSIS, CANONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE
SUPREMO CHORI-EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQVE
ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE,

AUCTORITATE ATQVE CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULT. MEDICÆ
IN PERANTIQA ELECTORALI HIERANA,
SUB PRÆSIDIO

VIRI PRÆNOBILISSIMI, AMPLISSIMI ET EXPERIENTISSIMI,
DN. JOANNIS PHILIPPI EYSELII,
PHILOS. ET MED. DOCT.

ANATOM. CHIRURG. ET BOTAN. PROFESS. PUBL. CELEBERRIMI EJUSDEMQUE
FACULT. ASSESS. ORDINAR. ET SUB-SENIORIS GRAVISSIMI, ACADEMIÆ
IMPERIALIS NATURÆ CURIOSORUM COLLEGE, P. L. C.
DOMINI PATRONI ET PROMOTORIS OMNI HONORIS CULTU PROSEQVENDI,
PRO LICENTIA

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES AC PRIVILEGIA
LEGITIME OBTINENDI

ERUDITIS PUBLICE DISQVIRENDAM EXPONIT
RUDOLPHUS CHRISTIANUS JACOBI, VISENENS. THURING.
AUTHOR,

DIE VIII. JULII MDCCXVI.
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS. HORIS CONSVEVIS.
ERFORDIÆ, Typis JOH. HENRICI GROSCHII, Acad. Typogr.